



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Papivs M.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

nonis,
ageni-
s quo-
natur.
JA.
rebus
gref-
e vir-
u ali-
nevl-
e cur-
at, nō
cibi
bro-
orsus
arum
ratus
modo
ma-
at, in
dam
usq;
care-
dra-
spi-
soq;

posoq; rubo immotus perstigit, vt dormiret, cubaretque nunquam. Annis quadraginta numquam in latus cubans somnum cepit, sed vel stans vel sedens dormit. In huiuscemodi palæstra exercitatus ad Dominum victor abiit.

ANNOTATIO.

Non satis expedio, an hic idem sit Besarion cum eo quem describit Palladius. Hic enim tantum generatim eius virtus insinuatur, ibi sigillatim de tunica & libro Euangeli venditis, & pauperibus donatis scribitur. Adde Palladii Besarione a Leontio dici Serapionem, Baronius hunc Besarionem affirmat, de cuius disciplina fit mentio in vitis patrum.

S. PAPIVS M.

2 S. Iunii.

*Martyrol.**Rom. &c.**Græc.*

DIOCLETIANO & MAXIMIANO imperantibus, Papius Christianis maioribus ortus, Christum prædicauit, quamobrem delatus capit, præsidique sistitur, & immolare Diis iubetur. Cum non solum nō cederet, sed vltro etiam præsidi insultaret, vehementer iram eius accendit. Manibus ergo pedibusque distentus, boiis crudis diu atrociter verberatur. Deinde in ahenu ingens oleo aruinaque plenum tribus diebus im-

Q 3

mitti-

mittitur. Et visenda cunctis res videbatur hominem igne velut indumento cinctum, septem dies tormentum illud perpeſsum esse, quo ſpectaculo magna vis hominum ad Christi cultum ab eo perducta. Inde extractus in ferreis muricibꝫ ſeu tribulis voluit, & ad indomitos religatus equos per aspera & ardua locorum raptatur. Hincia caput à pedibus per triduum, appenſo immani de collo ſaxo, in trabe ſuſpenditur. Post triduum, incifo fune, ſanctus in terra præcipitatur. Rurſumque in ingentem rogum toto corpore coniicitur, ſaxaque in iacentem exaggerantur. Sed angeli praefentis ope omni ſaxorum pondere eximuntur, ſaluusque & integer conſtit, vnde li-
tores, magnamque hominum copiam ad fidem attraxit, qui mox omnes capite puniti ſunt. Postremo & ipſe gladio cæſus, ad laudem & gloriam veri Dei noſtri, occubuit.

e. Iulii. DE VESTE B. VIRGINIS.

GAlba & Candidus gemini patricii, germani fratres adorandi cauſa Hierofolymam profecti, in Palæſtinam venerant, quibus-